



Policratici Contenta

Johannes <von Salisbury, Bischof>

Parrhisius, 1513

Ca. ix. De Vnde dicatur prestigiu[m] & quis fuerit auctor eius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)

Polícratíci de Curialhū nugis.

De cōse. di. ij.
p dilectione.

Hystrones et
mimi non pñt
recipere sacra
cōmunionē.

xxvj. q. vi. per
totum.

Deutero. iij.
quo ad mentē
sed nō ad lřaz

facit. l. multi.
C. de mathe.

Diuinationis
quattuor spēs

Sacre quidē cōmunionis gratiā hystronib⁹ & mimis dū in ma-
licia perseuerant: ex auctoritate patrū non ambigis esse preclu-
sam. ¶ Vnde quid fautorib⁹ eorum immineat colligis: si faci-
entes & cōsentientes pari pena recolis esse plectendos. Qui do-
nant inquit hystronibus quare donāt⁹? Hoc vtiq; in illis fouent
in quo nequissimi sunt. Nempe qui nequiciā fouet: est ne bon⁹?
Cum vero oīum istorum sit odibilis: illoꝝ tamen qui min⁹ no-
cent malicia tolerabilior est.

¶ Vnde dicat prestigiū & quis fuerit auctor ei⁹. Caplm. IX.

Eos autē qui nocētiora prestigia/artesq; magicas & va-
rias species mathematice reprobate exercent: iā pri-
dem sancti patres ab aula iusserūt exire/ eo q̄ omnia
hec artificia v̄l potius maleficia ex pestifera quadam
familiaritate demonum & hominū nouerūt profluxisse: verūq;
persepe pferūtur sola intentione fallēdi: a quibus animam fide-
lem dominus arcēs ait. Si dixerint vobis: & ita euenerit ne cre-
datis eis. Prestigium vero mercurius dicitur inuenisse quod ex
eo sic dicitur: q̄ aciē prestringat oculorum. Fuitq; magorū peri-
tissimus vt quascūq; res vellet inuisibiles faceret: aut vt videbat
in alias species trāformaret. Omnia siquidem matheſis dum
penultimam extēdis/ fragmenta ad magicā referūtur cuius plu-
rime species sunt & diuerse.

¶ Qui sint magi & vnde dicātur. Caplm. X.

Et quidem magi sunt: & ob magnitudinē maleficio-
rum sic appellātur qui domino permittēte elementa
cōcutiunt: rebus adimūt species suas: ventura plerūq;
prenunciant: turbāt mētes hominum: immittunt sō-
nia: hominesq; violentia carminis dūtaxat occidunt: quod & lu-
canum nostrum nō latuit: ait enim. Mēs hausti nulla sanie pol-
luta veneni icantata perit. Et ne tibi parua videatur auctoritas
nosti q̄ iannes & mābres magi pharaonis/egypt⁹ eteni huius
modi superstitionū & maleficioꝝ mater est: nosti iq; eos nō mo-
do moyſi restitisse: sed cū eo signis et miraculis contendisse licet
postmodū v̄l iuui coacti sint digitū dei in signis moyſi cōfiteri.

¶ De speciebus magice. Caplm. XI.

Varro autē curiosissim⁹ iter philosophos: quattuor spe-
cies diuinationis ab elemētis mutuat⁹ est: piromātiā
scilz & aerimātiā. ydromanciā: et geomātiā: mul-
tasq; species videbis ex his capitib⁹ pullulare: siue ar-
te: siue sirore diuinationo peragat⁹: quare noīa exēpli causa: v̄l pau-